

ex Plinio libro IIII, capite XII. Tullius in epistola ad Tyronem: Corcyrae fuimus usque ad XVI cal. Decemb. tempestatibus retenti, ad XII cal. Decemb. in portum Corcyreorum ad Cassopam stadia CXX processimus. Quo loco non Cassodem, ut in uulgatis, sed Cassopam lego. Actuariorum autem nonnulla triginta remis agebantur. Liviū IIII Decadis libro VIII. Tradito & naues armamentaque earum, ne ue plures quam decem naues actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur, habeto. Appianus *καταφράκτες* uocat eas, quas actuarias Liviū dixit; his uerbis, *ναῦς δὲ καταφράκτες δώδεκα ἔχου μόναι, αἷς ὅτ' αὐτὸ ἰσπηγὸς πολέμου καταρχεῖν, πολεμῶντο δὲ ἅπλῃσι ἔχουσαι*. Naues tectas duodecim habere solas, quibus subditos ad obsequium bello inferendo cogere possint; laessitos autem & pluribus uti licere. Quo loco legendum fortasse *ἀφράκτες*, & *δέκα*, non *δώδεκα*. Appianus enim sequutus est Polybium, quem in plerisque locis Liviū uisus est uertisse ad uerbum. Neque tamen existimes *ἀφρακτα* accipi pro actuariis. Tullius enim libro X epistolarum ad Atticum, discrimen ponere uidetur, dum inquit: Recordor enim aestate cum illo Rhodiorum *ἀφράκτων* nauigans, quam fuerim sollicitus: quid duro tempore anni actuariā fore censes? Aphracta enim Tullius inter longas naues posuisse uidetur libro V ad Atticum: Nos Rhodiorum *ἀφράκτοις*, ceterisque longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus. Actuariolum etiam dicimus, quod decem remis agebatur. Tullius XV ad Atticum: Haec ego conscendens à Pompeiano tribui actuariolis decem calmi. Actuariū nauigiū puto à Graecis dictum *κωπήρη*, & maxime à Thucydide & Plutarcho. Thucydides in IIII, *λακεδαιμονίαις ἢ αὐτὸν συμμάχους πλείη μὲν μακρὰ νηῖ, ἄλλω δὲ κωπήρηι πλοίω ὅτ' ἐργαζόμενα τάλαυτα ἄγοντι μετροῦ*. idest